CVRTII PICHENAE, SERENISSIMI MAGNI DVCIS ETRVRIÆ A SECRETIS, AD CORNELII TACITI *Opera Notæ, iuxta veterrimorum exemplarium collationem.*

Apud heredes Andreæ Wecheli,
Claudium Marnium & Jo. Aubrium.
M D C.
Cum grat. & Priuil. S. Cæſ. Maieſt. ad ſexennium.

2454(2) b24437D522

SVMMA PRIVILEGII.

CÆSAREAE Maieſtatis priuilegio cautum eſt ANDREAE WECHELI heredibus, CLAVDIO MARNIO, & IOANNI AVBRIO, ne quis has CVRTII PICHENAE ad Cornelii Taciti opera Notas, intra ſacri Romani Imperii & omnium regnorũ ac prouinciarum imperialium fines, eodem vel alio charactere excudere, aut vbicunq; recudendas dare, aut alibi impreſſas importare, vendere vel diſtrahere palam vel occulte auſit. Idem priuilegium eis conceſſum de aliis etiam auctoribus in philoſophica, medica, & iuridica facultate, aliiſque diſciplinis liberalibus, ad ſex cuiuſque editionis annos. Quod ſacræ Maieſtatis interdictum ſi quis neglexerit, non modò libris expreſſis, verum etiam inſuper decem marchis auri puri, imperiali fiſco, fraudis vindici & dictis Wecheli heredibus, ex æquo ſoluendis, mulctabitur, vt latius in Cæſareo diplomate declaratum eſt. Dato Viennæ 25. menſis Maii, anno Domini 1582.

RVDOLPHVS.

V. Io. Bapt. Weber.

Ad mandatum S. Cæſ. Maieſt. proprium.

P. OBERNBVRGER.

CVRTII PICHENÆ, SERENISSIMI MAGNI DVCIS ETRVRIÆ A ſecretis,

Ad Cornelij Taciti Opera, Notæ.

ANNALIVM LIB. I.

EX Manuſcripto Codice, priores hos quinque libros continente, cuius in præfatione memini, nó ab re erit, Lectorem de nonnullis vocibus ac verbis præmonere, quæ ibidem diuerſo ac in vulgatis more ſcripta vbique reperiuntur. Nimis leuia hæc: fortaſſe tamen non negligenda. Sunt igitur ſequentia. *adoleſcens. exſuere. valitudo. repperire. cunctari. percunctari. ſumptus. promptus. promiſcus,* &, *promiſci. deligere,* &, *delectus. quotiens. totiens. beniuolentia. epiſtula. intellegere. ſocordia. antire. prenſare. tripertitus. haud,* ſæpius quam *haut.*